



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Atticvs Marco S. D. LXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

rem, satis opinor modestum. Mihi ita displico, donec te placatum ex tuis literis intellectero, ut nihil ausim aliud scribere. Vbi resciero placatum; ad vetus officium redibo. Vale. Marta Valeria vxor partui vicina multam tibi tuisque salutem adscribit. Ego Silium saluere iubeo. Vale.

## ATTICVS MARCO

S. D. LXV.

EXHILARATVS sum tuis literis postremis.  
& opinor simul ad delicias tuas redisti  
apud Agenum tuum, hilaritatis plus ex re-  
stituta vrbi salute recepisti. Libros tuos in  
omnium esse ore laetor. Quid autem de  
Poetica? quousque tandem lucem effugiet?  
Empedoclis posteriores versus valde mihi  
probantur. *Tumore* autem, vt vere diuinasti,  
reponendum fuit in Græco, vnde obscuritas  
nata est, vt opinor. Bona tua venia dicam. Videre mihi :::::: erutos illos locos  
ex antiquitate parui facere. At qui legere  
tuos de Plantis, magni eos eo nomine faci-  
unt. Vale & nos ama, & effice, vt redeamus  
ad litterarias confabulationes, vt polliceris:  
Siluio tuo. S.P.

O 5

MARGA-